Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

esurienti et amara dulcia
esse videntur. Que prius no-
lebat tangere anima mea nunc
pre angustia cibi mei sunt.
Quis det ut veniat peti-
cio mea et quod expecto tri-
buat michi deus. Et qui cepit
ipse me conterat. Solvat
manum suam et succidat me.
Et hec michi sit consolacio ut
affligens me dolore non par-
cat nec contradicam sermoni-
bus sanctis. Que est enim for-
titudo mea ut sustineam. Aut
quis finis meus ut pacienter
agam. Nec fortitudo lapi-
dum fortitudo mea nec caro mea enea
est. Ecce non est auxilium michi
in me. Et necessarii quoque
mei recesserunt a me. Qui
tollit ab amico misericordiam timorem
domini derelinquit. Fratres mei pre-
terierunt me sicut torrens
qui raptim transit in ~~canali~~ convallibus
~~bus~~. Qui timent pruinam ir-
ruet super eos nix. ~~Tempore quo~~
~~fuerint~~ Tempore quo fuerint dissi-
pati peribunt. Et ut incalue-
rit solventur de loco suo. In-
voluti sunt semite gressuum eorum
ambulabunt in vacuum et
peribunt. Considerate semitas Thema
et itinera Saba et expec-
tate paulisper. Confusi sunt quia
speravi. Venerunt quoque usque

nix est gelu minus pruina
est frigus modicum vel pura pena

ad me et pudore cooperti sunt.
Nunc venistis modo videntes
plagam meam timetis. Numquid
dixi afferte michi et de substan-
cia vestra donate michi vel liberate
me de manu hostis et de ma-
nu robustorum eruite me.
Docete me et ego tacebo et si quid
forte ignoravi instruite me.
Quare detraxistis sermoni-
bus veritatis cum e vobis nullus
sit qui possit arguere me. Ad
increpandum tantum eloquia concin-
natis et in ventum verba profertis.
Super pupillum irruitis et sub-
vertere nititis amicum vestrum.
Verumtamen quod cepistis explete.
Prebete aurem et videte
an menciar. Respondete obsecro ab-
sque contencione et loquentes id
quod iustum est iudicate. Et non
invenietis in lingua mea
iniquitatem nec in faucibus
meis stulticia personabit.

VII capitulum

Milicia est vita hominis
super terram et sicut
dies mercenarii di-
es eius. Sicut cervus desi-
derat umbram ~~aque~~ et sicut
mercenarius prestolatur finem
operis sui sic et ego habui me-
nses vacuos et noctes labo-
riosas enumeravi michi. Si
dormiero dicam quando consurgam